

de inimicis sunt victoriam consecuta. culo Coloniensi convocatis convocandis die
li ex illis plus quam 60 viros mi- Lune, que fuit 23. mensis Junii, solempni = 1371. iun. 23.
litares rapientes. ter publicate.

chr. quor. reg.

Eisdem temporibus videlicet anno
domini 1369 surrexit magna commotio et turbatio valida inter
rectores et universitatem civium Coloniensium ex una parte et
ecclesias atque Clerum ipsius civitatis communiter ex adverso.
Nam consules et maiores civitatis Clero semper infesti quedam sta-
tuta et edicta publica statuerunt, de talliis scilicet rerum vena-
lium generaliter per omnes solvendis, de exactionibus rerum ne-
cessariarum presertim vinorum extra Renum, de vinis ad forum
commune non nisi certis locis sub certo pretio et mensura venden-
dis et huiusmodi similibus, per que fucatis coloribus utili-
tatis rei sue publice personas ecclesiasticas et res ipsarum talliare
et collectare necnon libertates ecclesiarum et immunitates sup-
primere subtiliter nitabantur. Clerus igitur civitatis adversus per-
versam malitiam eorundem unanimi concordia pro sua iusticia
et libertatibus conservandis se ipsis viriliter opponentes et mi-
nas, quas cives contra ipsos atrociter fulminabant, non curan-
tes totam civitatem per spatium duorum fere annorum tenue-
runt sub ecclesiastico interdicto. Sed cum ipse Clerus per observa-
tionem huiusmodi interdicti requireret convincere malitiam civi-
um predictorum, ipsi in suo proposito constanter perseveran-
tes et pro domo dei iuxta prophetiam sententiam Incuram ex
adverso ascendentes et se hostilibus civium conatibus opponen-
tes tandem universi relictis ecclesiis et loco, domibus et habita-
tionibus suis se et rapitula sua cum omni suppellectile extra

Exeth. 13, 5.

+ Pergit 6: Sed Clerus adversus perversam civium (presentem omnium 6) in-
terventionem simulavit ad tempus. Sequitur in utroque cod. historia Frederici archiep.

1) et 4.4.4. 1) edicta 1. u) vendendum 2. v) quod 4.4.4. 2) sub fucatis 4.4.4. 3) utilitatem 4.4.4.

2) et deest 2. 4) immunitates 1. a) utiliter 4.4.4. 5) pene 4.4.4. fere duorum 2. c) sententiam deest 2.

88] 1369 apr. 14 discordia iam diutius videbatur stesisse; v. Litteras consilii Coloniensis directas, Quellen IV, p. 584.

89] 1369 oct. 10 civitatem interdictam fuisse constat; v. Ennen Gesch. II, p. 374. Anno 1370 v. sent. Matheus auent
 (sept. 20) interdictum esse relaxatum narrat Chron. bot. german. a. 1499 impressum fol. 279, quod hoc loco chronicam antiquiorem sequitur.